

06

A

982



N
M



ע"מ עש"ו

Positionum Metaphysicarum

DENARIUS QUARTUS,

De

AFFECTIONI-

BUS ENTIS UNITIS,

Quem

PRÆSIDE

M. JOHANNNE MANITIO,

Electoral. Alumno, & Facult. Philos.

ADJUNCTO,


In Florentissima Leucorœa

Publicæ ventilationi submisit

ANDREAS LONNERUS,

Gardingâ-Holsat.

In Acroaterio Majori, ad d. 9. Septembr. hor. pomerid:



WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.

Anno M. DC. LXV.

POSITIO PRIMA.

Affectioes Entis unitæ, quæ Ens solitariè denominant, & cum eo in sensu unito reciprocantur, rectè *in absolutas*, quæ absolute sine relatione ad aliud Enti conveniunt, quales sunt *unitas & perfectio*; & *respectivas*, quæ per respectum aut relationem aliquam Enti tribuuntur, utpote *Veritas & Bonitas*, dispescuntur.

POSITIO SECUNDA.

Unitas Entis, in propria sua & formali ratione, est indivisio ejusdem in se, quâ Ens denominatur indivisum actu, sive postmodum dividi possit, s. minus. Nam licet quoddam Ens, quod est compositum, dividi possit, nihilominus tamen in se indivisum manet.

POSITIO TERTIA.

Est autem Ens quoddam indivisum prorsus indivisibile, utpote solus DEUS, & secundum quid etiam spiritus finiti; quoddam verò indivisum divisibile, ad quod, ut unum sit & maneat, requiritur *unio*, quæ principium istius unitatis divisibilis est, & *rerum unitarum realem infert presentiam*, quùm sit plurium substantiarum realiter distinctarum arctissima computatio ad Ens per se unum constituendum.

POSITIO QUARTA.

Perfectio nec Entis est Synonymum Grammaticum, ut vult Svarezius, *nec cum imperfecto Ente*, quale nullum datur essentialiter tale, *affectionem Entis disjunctam facit*; *nec cum bonitate prorsus coincidit*; *Sed est peculiaris & à bonitate distincta Entis passio unita*, quâ illud omni defectu Entitativò carere dicitur.

POSITIO QUINTA.

Quicquid itaque Ens est, essentialiter perfectum fit oportet, ut nullus in eo reperiatur defectus actualis, licet defectibilitas, seu potentia deficiendi quibusdam Entibus conveniat, adeò, ut & prorsus in esendo possint deficere. Interim quatenus in perfectionis suæ statu permanent, Entibus perfectis, quâ talibus, nihil potest accedere vel decedere.

POSITIO SEXTA.

Veritas est affectio Entis unita, quâ Ens denominatur conforme intellectui potissimum divino, nonnunquam verò & quidem immediate etiam

etiam humano. Minus ergò rectè veritatis formale ponitur in *fi-
ctiōnis negatione*, quia multa dantur non ficta, quæ tamen Esſentia-
liter non sunt vera, utpote sunt Entia privativa, Entia per accidens
&c. *neq; in competentia Entitatis sibi debite*, quia istud potius conse-
quens, quàm esſentiale constituens veritatis est.

POSITIO SEPTIMA.

In se non nisi unica datur veritas, quamvis ratione objectorum,
subjectorum & graduum aut aliò forsitan modò eadem multiplex
esse & dici possit, adeò ut alia sit Theologica, alia Physica, alia Ethica,
alia infra, alia juxta, alia supra rationem &c. *Contradictoria
tamen non datur veritas*, ut observatis legitimæ contradictionis re-
quisitis, aliquid verum sit in Philosophia, quod est falsum in Theo-
logia, aut contra.

POSITIO OCTAVA.

Bonitas est affectio Entis unita, quâ illud denominatur *conveni-
ens voluntati divinae*, interdum etiam & quidem immediatè humanæ.
Errant ergò, qui bonitatis formale ponunt in *appetibilitate, aut con-
venientia Entis, cum semetipso*, quia utrumq; istorum potius forma-
lem rationem bonitatis consequitur, quàm eandem constituit, ma-
gis quidem remotè illud, quàm istud.

POSITIO NONA.

Nec confundenda hoc in loco est Bonitas absoluta, cum respec-
tiva. Illam enim in defectus negatione consistere, & cum perfe-
ctione coincidere, concedimus facilè, quod tamen de hac respecti-
va negamus & pernegamus.

POSITIO DECIMA.

*Unitatis oppositum est non unum seu multum; Perfectionis non per-
fectum seu imperfectum; Veritatis non-verum; Bonitatis non-Bo-
num seu malum*, quæ oppositiones omnes tales sunt, qualis est inter
Ens & simpliciter non-Ens. Et sicut non-Ens nullam sui causam
positivam habet, ita nec malum sui talem causam agnoscit, ut hinc
videamus, de causa mali frustra disceptari, quum ea nulla
detur.

TANTUM!

06 A 982

ULB Halle 3
004 544 900



5b

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

Inches
Centimetres

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

עמי עשׂו׃

Positionum Metaphysicarum

DENARIUS QUARTUS,
De

AFFECTIONI- BUS ENTIS UNITIS,

Quem
PRÆSIDE

M. JOHANNES MANITIO,
Electoral. Alumno, & Facult. Philos.

ADJUNCTO,

In Florentissima Leucoræa

Publicæ ventilationi submitit

ANDREAS LONNERUS,

Gardingâ-Holsat.

In Acroaterio Majori, ad d. 9. Septembr. hor. pomerid:



WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.

Anno M. DC. LXV.